

Oluf Gerhard Tychsen Matthias Georgius Krohn

De Delectv Vetervm Ebraeorvm : Dissertatio I.

Bützovii, 1763

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn830002782>

Druck Freier  Zugang



Via Proprietas sive Dupl.

71

572

Fa-1092 (ii.)

- N. 1. Wippel *Labrum sub Daniel Eremita.*
- N. 2. Christoffelius *lingularia octingenfia*
- N. 3. la providence ne s'interesse point à l'individu mais à l'espece.
- N. 4. Tychsen *abbreviaturarum hebraicarum supplementum l.*
- N. 5. Burfeker *de gazza derelicta futura ad illustrandum locum Zeph.*
 xl. 4. *Dissertatio postposita.*
- N. 6. Ernesti *de praeparata corporis et sanguinis Christi in coena sacra.*
- N. 7. ~~Ernesti~~ *de Concilio Tridentino part. l.*
- N. 8. Aepinus *Imp. Caroli Ch. merita in rem sacram.*
- N. 9. Charvicius *de sapientia sanctissima rite colenda.*
- N. 10. Tychsen *de delectu veterum ebraeorum dissertationis l.*
- N. 11. Witte *de genuina S. G. uniuersali natione.*
- N. 12. Boederlein *de finibus theologiae dogmaticae et moralis recte consistendis.*
- N. 13. Weidenes *quod salus aeterna non meritis nostris sed solum Dei gratia per meritum Christi acquiritur ne talis.*
- N. 14. Dem Regentur male regens et fanaticis reditum ad Papismum frustra suadent.
- N. 15. Rufius *de veris sinceris peccatoris Christi requisiti etc.*
- N. 16. Zaachre *de lege aequilibrata in natura obseruata etc.*
- N. 17. Schmid Verſio Alexandrina optimum interpretationis librorum
sanctorum praedictorum
- N. 18. Richter *de theologo Dei homine ad 2 Thim. III. 17.*
- N. 19. Schubert *de iudicio Joannis Caluini et Figurorum in causa
 Haereticorum*
- N. 20. Zachariae *de usu dogmatico nomini filii Dei.*
- N. 21. Emmerling *interpretatio. Num. XXII. 20-31.*
- N. 22. Hoerſhelmau *de diuina punctorum vocalium et acentuum
 codicum hebraici origine.*
- N. 23. Haempfer *de modo praedicationis Paulinae per exegesis dicte
 I Cor. II. 4. 5.*
- N. 24. *idem de modo praedicationis etc.*
- N. 25. Haestner *Concipit - Grund des Unsterblichkeits des menschlichen Geistes.*
- N. 26. Christoffelius *de vita Pamingerorum commentarius etc.*
- N. 27. Becker *quaestio: an aeterna annihilatio hominum peccatorum
 fore etc.*

- N. 28. Rector et senatus academicus civibus Academiae Fredericanae Bülowi-
 N. 29. Fauvotius de poena hereticorum etc.
 N. 30. Doederlein de vero usu atque abusu rationis humanae in rebus divinis
 N. 31. Dem de usu atque abusu rationis etc.
 N. 32. Rector Academiae Lipsiensis Pentecostales ferias etc.
 N. 33. Rector et senatus academicus civibus Academiae Fredericanae Bülowi-
 N. 34. Academiae Fredericanae Bülowiensis Rector et senatus acade-
 micus memoriam resurrectioni Christi etc.
 N. 35. Dem solemnia natalia Domini nostri Jesu Christi etc.
 N. 36. Zachariae Christus $\pi\epsilon\omega\tau\omicron\tau\omicron\kappa\omicron\varsigma\ \epsilon\kappa\ \tau\omega\upsilon\ \rho\epsilon\gamma\eta\omega\upsilon\upsilon$.
 N. 37. Rector et senatus academicus Bülowiensis etc.
 N. 38. Zachariae Christus $\pi\epsilon\omega\tau\omicron\tau\omicron\kappa\omicron\varsigma$
 N. 39. Rector et senatus academicus Bülowiensis etc.
 N. 40. Marrius de jurisprudentia divina ex codice sanctissimo.
 N. 41. Becker an Gn. D. Teller nisi negata vera spiritus deitate etc.
 N. 42. Dem an Christus in sua explanatione et ascensione etc.
 N. 43. Chrylander de fundamento explanationis Christi Romini maieptate.
 N. 44. Dem recensio scriptorum eruditorum
 N. 45. Rottboell de vestibus et calceis Israelitarum.
 N. 46. Trendelenburg de Judaeis etc.
 N. 47. Ministerii quæ hãmburg Pastoralis scriptura etc.
 N. 48. Rector universitatis ad solemnia paschalia etc.
 N. 49. Quistorp de ratione modoque quo peccati fomes etc.
 N. 50. Becker creationis universi gloria filio Dei etc.
 N. 51. Quistorp de $\lambda\omicron\gamma\omega\ \text{Pauli}$ (Cor. 1. 5).
 N. 52. Prier de sanctis angelis et apostolorum etc.
 N. 53. Detharding de cura infantum recens natorum penes etc.
 N. 54. Martini de non usu iudicii denuntiatorii in Megapoli.

DE
DELECTV VETERVM
EBRAEORVM
DISSERTATIO I.

QVAM
CONSENTIENTE AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM
ORDINE

P R A E S I D E.

OLAO GERARDO TYCHSEN
A. M.

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
AD DIEM *XIX*. IVLII 1763.

IN ACADEMIA FRIDERICIANA
BÜTZOVIENSI
HORA LOCOQVE CONSVETIS
SVBMITTET

RESPONDENS
MATTHIAS GEORGIUS KROHN
SYLTA - HOLSATVS.



=====
BÜTZOVII, 1763.

DE
DELECTV VETERVM

LIBRARIORVM

DICHTATIO I

QUAM

CONSENTIENTE AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM

ORDINE

P R A E S I D E

OMNIO GERARDO THOMAS

EXCIVIO RECTORVM

1711

IN ACADEMIA

MORAVIAE

AVSTRIAE

LEONARDI

MATTHIAS GLOKNER ARCH

SECRETARIUS

IN ACADEMIA

AVSTRIAE

V I R O
DOCTRINA ET EXPERIENTIA
CLARO
D. GEORG. CHRIST.
MATERNO

EQVITI DE CILANO
AVGVSTISSIMO DANORVM REGI
A CONSILIIIS IVSTITIAE

PHILOSOPHIAE NATVRALIS, MEDICINAE
ET ANTIQVITATVM GRAECARVM ROMA-
NARVMQVE PROFESSORI, BIBLIOTHE-
CAE PRAEFECTO

S. R. I. ACADEMIAE NATVRAE CVRIOSORVM
COLLEGAE, REGIAE SCIENTIARVM
SOCIETATI HAFNIENSI
ALIIQVE ADSRIPTO

PRAECEPTORI ET PATRONO
SVO PATRIS LOCO
DEVENERANDO

V. R. O.
DOCTRINA ET EXPERIENTIA

HANC DISSERTATIONEM
ANTIQUARIAM

AD

MENTEM BENEFICIORVM IN SE
COLLATORVM,

MEMOREM, GRATAM,
OBSTRACTAMQVE PVBLICE

TESTANDAM

EA, QVAE FILIVM DECET,

ANIMI OBSERVANTIA

D. D. D. D.

OLAVS GERHARDVS

TYCHSEN.



CAPVT I. PRAELIMINARE.

§. I.



In disciplina Ebraeorum militari multa ob veterum hebraeae gentis scriptorum in perscrutandis heroum gentis suae factis incuriam, obliuioni fere tradita, situque vetustatis velut obducta, in quibus eruendis, examinandis et in ordinem quemdam disponendis diuinationem potius quam rationem instituere quis oportet, deprehenduntur. Viri rerum ebraicarum peritissimi, Cunaeus, Sigonius, Beckius, Bertramus, Dietericus, Ikenius etc. de illa quidem sed strictim et quasi per saturam explicarunt. Menochius in Antiqu. ebraicis, Folardus in Opere de antiquis et nouis bellorum ritibus, itemque in Dissertatione de tactica ebraeorum; et Wilh. Goeree in vasto opere, Joodsche en Mosaische Oudheden, leui admodum cura et pro lubitu militiam ebraeam pertractantes, pleraque intacta reliquerunt. Iacobus Lydius etiam in syntagmate de re militari Ebraeorum, Graecorum Romanorumque militiam potius, quam Ebraeorum descrip-

A 2

fisse

2

fisse viderur. Omnes hi modo laudati scriptores in suis commentariis, tribus tantum, vt aiunt, verbis Ebraeorum deletum tetigerunt, et qui hunc ritum ex industria illustrarit, inuenimus omnino neminem.

§. 2.

Non itaque inutile prorsus, nec a studiorum proposito alienum argumentum pertractandum nobis fuisse videbimur, et sacrarum antiquitatum amore et voluptatis gaudiique ex celebrata fausta et laetabili pace, quae tot vexationibus calamitatibusque nostris finem, spemque Camoenis nostris, otia et gaudia adfert, sensu inuitati, si deletus Ebraeorum, ad quem, qui belli tempore interdum institui solet deligendi ritus, quo omnes, qui modo vsui bello esse possunt, quotidie coguntur, tanquam ad exemplum viderur expressus, sparsa hinc inde in ipsis eorum monumentis fragmenta et vestigia parcius impressa deregere, ac detecta in rem nostram vterere constituerimus, spe bona freri fore, vt quum iucunda partim, partim etiam vtilis sit huius ritus cognitio, haud ingrata aequis harum rerum aestimatoribus sit futura.

§. 3.

Plura in re militari gentium memorata apud Iudaeos, quibus, vt ex veteris Foederis historia affatim liquet, castra sequi et non sedes tantum suas armis tueri, sed et alienas terras inuadere et occupare, integrum fuit, *) olim obtinuisse, quae gentes ab iis mutuata in vsus suos conuerterunt, quorum quidem sacra scriptura non satis diserte meminit, tuto conici potest, si gentilium et Iudaeorum instituatur morum comparatio, vt

*) Fortitudinem gentis hebraeae, cuius indolem naturamque descripturus Flavius Iosephus, durum a stirpe genus vocat, periculorum atque mortis securum, laborisque atque inediae patiens paene ad pertinaciae infamiam, maximam fuisse, vel ex eo adparet, quod homines exules atque Egypto profugi, quos longus error et 40 annorum calamitas imparatos a rebus omnibus in Arabum desertis attriuerat, Cananaeam omnem validissimis et bellicosissimis populis habitam, breui tempore subegerunt, quodque porro apud gentiles ob eximiam suam virtutem, vt pluribus exemplis probatum dedit Hugo Grotius Adnot. ad Luc. III, 14. Menochius fol. 591. Petr. Cunaeus cap. 18. de rep. Ebr. stipendia meruerunt.

vt adeo res Judaeorum militaris, in tanta scriptorum eius temporis penuria non parum inde illustrari queat, nec longe a vero aberrare videatur Auctor Schilte Haggibborim fol. 36. col. 1. gentes praefertim Romanos a Judaeis didicisse bellandi methodum affirmans :

הרומיים לא עשו בלכך בחניית המחנות כפי למוד התורה אלא כקרבם אל המלחמה הלכו מכל וכל בעקבות התורה והעמידו להם אנשים חכמים ונבונים שידברו כאזני העם דברים טובים ונכוחים לחזק את לב הירא ורך הלבב פן יהפוך עורף ולא פנים לאויב וימס לב אנשי המלחמה כלבכו כנראה בספריהם בסאלושטיאו וכטיטו ליביאו וסיעתם

h. e. Romani non tantum castrorum metationem secundum legis diuinae instituta adornarunt, sed etiam proelium iam iam inituri per omnia vestigijs legis nostrae instituisse deprehenduntur. Constituerunt enim viros sapientes et prudentes, qui milites bonis et scitis verbis alloquerentur, ut metuentibus et pauidis animum adderent, ne terga potius, quam vultus hosti obuertent, prouti ex scriptoribus eorum, Sallustio, Tito Liuio, aliisque eius generis adparet. Vide quoque sis Tanchuma fol. 211. col. 1.

CAPVT II.

TRACTATIONEM IPSAM SISTENS.

§. 1.

Delectus Ebraeorum fuit solennis ritus Israelitas ad militiam conuocandi, eorumque nomina in catalogum referendi. Ritus *) iste in sacris literis insignitur vocibus: כתב Num. XI, 26. coll. Deut. X, 3. משך חקק Iud. V, 14. פקר Iof. VIII, 10. כחר I Chron. XXI, 2. מנה I Reg. XX, 25. כנס et א3 Esth.

*) Respicere hunc ritum videntur plurimae in S. S. occurrentes locutiones metaphoricae, e. c. Ief. IV, 3. Ierem. XXXII, II. Ezach. XVII, 9. Ps. LXIX, 29. CXXXIX, 16. etc.

Esth. IV, 16. Iudic. XX, 34. in paraphrasi chaldaea per רשם
Iud. V, 14. et חתם Ierem. XXXII, 11; et in Iudaeorum scri-
ptis, per vocabula בחירה 'גויס' aliaque synonyma, quorum
hic exhibere catalogum supervacuum duco, indicatur. Cata-
logus eiusmodi (vernacule: eine Kriegsrolle) dicebatur כתב
לוח 'ספר' apud Iudaeos veteres אסטרטיא a graeco στρατεία,
(vnde Graecis, milites conscribere, dicitur στρατολογειν etc.) vt
videre est in Kidduschin Fol. 76, 1. in Mischna:

מי שהיה מוכתב אסטרטיא של מלך

b. e. Quicumque scriptus fuit in catalogo militum regis, et
פנקס πίναξ tabula, quemadmodum vocem priorem Glossator
interpretatur. Conf. Schabbat fol. 103. 1. et Cohen a Lara in
Lexico אסטרטיא et עיר רויד et כתר כהנה.

Καταλογον ποιηζομενος της στρατειας dictus fuit vel סופר nu-
merator, scriba, qui collecto per conquistores populo, quod Gal-
li enroller dicunt, nomina eorum in tabulas referebat. 2 Reg. XXV,
19. 1 Chron. XXIV, 6. XXVI, 11. Ierem. LII, 25. vel שוטר
qui LXX. γραμματευσ et γραμματο εισαγωγευσ audit, quique
vel eodem, quo סופר, vel parum diuerso munere functus vi-
detur, cui opinioni Radix Arabica שטר, quae delineandi, de-
scribendi et conscribendi significatum habet, vnde Chaldaeorum
שטר chirographum aut litterae commode deriuari potest, an-
sam quoque praebet. Conf. 2 Chron. XXVI, 11. Exod. V,
10. Ios. I, 10. Deur. I, 15.

§. 2.

Delectus ordinarie ita instituebatur. Bello 1) decreto
vel

1) Duplicis generis bella constituuntur a Iudaeis, alterum מלחמת
מצוה bellum praeccepti; alterum מלחמת הרשע bellum arbitrii.
Illud Maimon Hilc. mel. cap. V. §. 1. pag. 300. col. 2. sequenti-
bus describit verbis:

מלחמת מצוה זו מלחמה שבעה עממים ומלחמת עמלק
ועורת ישראל מיר צר שכא עליהם

i. e. Bellum praeccepti est bellum cum septem populis, et in auxilium Israelis
ex manu inimici, qui bellum ei infert. Hoc ita definit I. c.

והיא

vel voce Praeconis, vel tubarum clangore praesertim sub conuentus diem vel 2) per signa aut vexilla in alto erecta loco, ex quibus vnusquisque cognoscere potuit, ad quod signum aut vexillum ipsi eundem erat, populus ad bellum conuocabatur, Iudic. III, 27. VI, 34. 1 Sam. XIII, 5. 2 Sam. XX, 4. Ies. XIII, 2. 3. XXX, 17. XLIX, 22. Ezech. VII, 14. vel litterae colligendi populi causa ad omnes tribus mittebantur, vt iis acceptis

והיא המלחמה שנלחם עם שאר האם כדי להרחיב גבול ישראל ולהרכות כגרותו ושמעו

i. e. Ethoc est bellum (arbitrii), quod gerit cum reliquis gentibus ad proferendum terminos Israel, et ad augendam magnitudinem et famam eius.

- 2) Hunc ritum antiquissimum, qui olim apud Romanos (vid. Virgil. lib. VIII, 1 Dionys. Halic. lib. VIII, c. 45.) obtinuit et hodie adhuc apud quasdam nationes obtinet, exterminare studet Iust. Fried. Zachariae V. C. in dissert. 1. de re militari Ebr. pag. 11. reddendo phrasin נשם נשם vel, per inferre signum in aliquem s. pugnare contra aliquem, vel. per proponere signa in castris pro militibus. Sed saluam rem esse euincit et ipsa verbi significatio; euincunt loca S. S. euidentissima Ies. V, 26. XVIII, 3. LIX, 19. eorumque contextus, et ipse ritus antiquitatis canae referens vestigia. Quae strictim indicasse satis ducimus, quum nihil plane nos vrgeat, nec ulla adsit necessitas, vt a consueto huius phrasios significato recedamus.
- 3) Signa eiusmodi vocabantur נס et דגל. Quatuor vexilla principaliora habuisse Israelitas ex eorum scriptoribus discimus, licet non negemus, cuilibet tribui praeterea suum fuisse insigne, vt scite Iudaei ex Genes. cap. XLIX. illud probant. Vid. Raschi ad Num. X, 2. Rabboth fol. 171 et 172. Tanchuma fol. 58 et 59. coll. Kircher. in Oedipo Aegypt. Tom. 2 Classe I, Cap. 3. pag. 9. Signa seu vexilla ista, figura quadam, litteris, aut alia ratione fuisse distincta facrae testantur paginae Num. II, 2. X, 18. coll. Ies. V, 26. XIII, 2. XIX, 3. Nimirum vt Iudaeorum de his vexillis narrationes, in pauca conferam, cuilibet vexillo tres tribus adsignant, collocantes vexillum Iudae cum tribubus Isaschar et Zabulon sub figura leonis ad orientem; vexillum Ephraimi sub figura aquilae, cum tribubus Menasse et Beniamin ad occidentem; vexillum Dan cum tribubus Ascher et Naphtali sub figura hominis ad septentrionem; Vexillum Ruben cum tribubus adiunctis Simeon et Gad, sub figura hominis ad meridiem. Conf. Sepher Peliah pag 20.



tis omnes, qui militiae nomina sua dare ex lege tenebantur, armis suis et alimento (primis enim temporibus milites stipendiarii nonalebantur) locis designatis sese sisterent. Num. XXXI, 2-6. 1 Chron. XXX, 1-6. 1 Sam. XI, 7. conf. Maimon Hilcut melachim cap. IV. §. 2. pag. 300. Partis IV. edit. Amstel. et Folard in dissert. sur la Tactique des Hebreux pag. 16. Extraordinarie autem tumultus causa, quum ob periculi vicinitatem non vacaret delectum habere, ducturus exercitum sacramento populum, se ducem ad bellum sequuturos esse, obstrinxit. 2 Sam. XV, 21. coll. Apoc. XIV, 4. 1 Sam. XI, 7.

§. 3.

Aetas militaris erat annus aetatis vigesimus. Num. I, 3. *a vigesimo anno et supra, quicquid est sexus masculini omnium virorum fortium ex Israel, et numerabis eos per turmas suas, conf. Num. XXVI, 2. 2 Chron. XXV, 5. Annus vacationis militiae in scriptura sacra non definitur. Iosephus tamen Antiquit. libr. 3. cap. XII, §. 4. edit. Oxon. 1700 tempus militiae testatur fuisse ἀπο εἰκοσι εἰς πενήκοντα, a viginti annis usque ad quinquagesimum* Intra hos annos constituti, vocabantur vel נערים vel כחורים iuvenes selecti, praesertim si in arte militari, quales fuerunt Beniamitae, qui vel imprimis eiaculandis lapidibus praestabant Iud. XX, 16. probe exercitati fuerunt. Pl. LXXVII, 32. 1 Reg. IX, 2. Saul fuit electus et bonus. Qui vel nondum hanc aetatem attigerant vel illam excefferant, ordinarie non ad militiam obligabantur. Iob. VII, 1. *Nonne militia b. e. certum militiae tempus unicuique mortalium est super hac terra, quo scilicet transacto iusta ipsi conceditur militiae vacatio.*

Obsery. 1. Vox צבא in hoc Iobi loco memorato in S. S. saepe pro certo militiae tempore determinato fixoque sumitur. Druf. in commentar. ad h. l. *Eo labor, inquit, ut existimem צבא proprie dici tempus militiae vel belli, quo tempore quis stipendia meret.* Conf. quae Kimchi in Sepher Schoraschim ad Rad. צבא adnotavit.

Obs.

Obf. 2. Militia est vel civilis seu politica; quam Cicero oratione pro Murena post princ. in urbanam s. forenses diuidit atque castrensem, vel est sacra, quae in legalem s. leuiticam et euangelicam diuidi potest. Per hanc intelligit S. S. ministerium virorum et mulierum in tentorio conuentus vel ad portas eius militantium, quae magnam cum profana conuenientiam habebat, quoniam plena erat laboribus grauibus, vigiliis, saepe cum vitae periculo coniunctis, si vel minimum in sua functione neglexissent. Leuit. X, 1. etc. Hunc ritum militiae femineae ni fallor, Plato in sua republica ab ebraeis mutuauit, scribens: *Ἄνδρες μὲν εἴκοσι μέχρι τῶν ἐξήκοντα ἔτων γυναικὶ δὲ ἐπειδὴν παῖδας γενήτη, μέχρι τῶν πενήκοντα.* i. e. Viro quidem scil. aetas militaris est, ab anno vigesimo vsque ad LX. feminae vero, quum pepererit, vsque ad L.

Obf. 3. Aetas militiae sacrae 1. ecclesiasticae apta, a trigesimo anno vsque ad quinquagesimum durabat. Num. IV, 3. 23. 30. sq. VIII, 25. conf. Maimon Hilc. Kele hammikdash cap. III, §. 8.

Obf. 4. Romani ab anno aetatis XVII. vsque ad annum XLV. vel XLVI. militiae nomina sua dare tenebantur. Graeci ab anno XIIX. ad XL. In re vero subita et periculo imminente, non tantum illi, qui iam stipendia fecerant, sed etiam sacerdotes et iuniores sine discrimine cogebantur. Vid. Seruius ad Aeneid. libr. VII. v. 614. Tacit Ann. lib. III. cap. 33. Liuius lib. III. cap. 69.

§. 4.

Bello decreto sacerdotem belli causa unctum **משוח מלחמה***) dictum constituiebant Iudaei, vt non tam orationem
B in

*) Dicebatur quoque Dux ille castrensis, **משוח מלחמה**, quem respublica in subitaneo periculo exercitui praeficiebat, eumque extraordinarie ungebat, vt hoc signaculo milites ad fortitudinem excitarentur. Vid. Schickard in Iur. Reg. Cap. I. Theor. IV. pag 77.

in lege praescriptam, antequam populus collectus signa cum hoste conferret Deut. XX, 5. etc. praelegeret, et illos, qui vacationem militiae haberent, demitteret; quam milites ad bellum strenue agendum exhortaretur.

Maimon hilcut Melachim cap. I. init.

ממנין כהן לרבר אלהים בשעת המלחמה ומשחין אותו
בשמן המשחה וזה הנקרא משוח מלחמה שני פעמים מרבר אל
העם אחת בספר בעת שהוצאין קודם שיערכו המלחמה ואמר
לעם מי האיש אשר נטע כרם וגו' ואחת בעורכי המלחמה ואמר
לעם אל תראו ואל תחפזו וגו'

h. e. Constituunt sacerdotem, qui alloquatur populum tempore belli, et eum unguunt oleo sacro. Is ille est, qui vocatur unctus belli. Bis populum alloqui debet, primum e libro, si prodeunt, antequam se ad bellum accingunt: si quis plantauerit vineam etc. deinde quando acies instruitur, dicit: ne timeatis etc.

Idem in Sepher hammizvot praec. affirm. 191. fol. 73. plenius aliquanto de officio huius sacerdotis differit:

וזה הכהן נקרא כהן משוח מלחמה ואמר בתוכחת הלשון
האמור בתורה ויוסיף על זה מאמרים יעוררו הרכבות למלחמה
ויביאם לסכן את עצמם לעזור דת השם ועברו ולשמור מצותיו
ולהנקם מהסכלים המפסידים יושר המרינות וגו'

h. e. Hic sacerdos vocatur sacerdos belli causa unctus. In epanorthosi sua orationem in lege praescriptam proloquitur, eique superaddit oratiunculas animos ad bellandum excitandi, quibus milites adducat, ut periculo sese pro religione exponant, ad seruiendum Deo et ad custodiendum praecepta eius atque ut vindictam sumant de stultis istis, qui damnum rectitudini provinciarum, h. e. terrae sanctae, inferre tentant.

CA-

✠ ✠

11

CAPVT III.
DE VACATIONE A MILITIA;

§. I.

Populo sub vexillis collecto promiscuo et nondum in classes ac turmas collecto, sacerdos belli caussa vnctus verba legis Deut. XX. 4-8. praelegit. Qui aedificauit domum nouam, eamque nondum initiauit, abeat et reuertatur ad domum suam, ne forte moriatur in bello, et vir alius initiet eam. Aut si quis plantauerit vineam, et eam nondum profanauerit, abeat et reuertatur ad domum suam, ne forte moriatur in bello, et vir alius profanet eam. Aut si quis desponsauerit sibi vxorem, et eam nondum duxerit; abeat et reuertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, et vir alius ducat eam. Addent quoque moderatores loqui ad populum, dicentque: Si quis est timidus et mollis corde; abeat et reuertatur in domum suam, ne liquefaciat cor fratrum eius, sicut cor ipsius.

Deinde remanentes, postquam in turmas dispositi erant, a sacerdote iterum alloquebantur v. 9. Ne timueritis, neque trepidaueritis, nam Dominus Deus vester vobiscum est. Plura vide apud Maimon Hilc. Sanhedrin c. 5. §. 3. Bechai ad Parascham Schophetim fol. 225. col. 2. edit. Venet. 1544.

§. 2.

Ex Spho praecedente discimus, quinam fuerint immunes a militia. Quae omnia adpersis hinc inde adnotationibus ex hebraea Antiquitate haustis nunc recensemus.

Primo itaque ad Nomina sua respondere non tenebantur, qui domum nouam aedificauerant, necdum eam initiauerant. I Maccab. III, 56. Et dixit his, qui aedificabant domum etc. coll. Iud. VII, 1. Idem valebat de eo, qui *καρφοδοχειον*, stabulum, lignile aut Hordeum condiderat vel emerat vel haereditauerat, vel ex donatione acceperat, quoniam

B 2

eiusmo-

eiusmodi ipsi tamen noua erat, vt legitur Deut. 24, 5. erit im-
munis domi suae vnum annum. Mischna Mafsechet Sota cap. 8.

וידברו השוטרים אלהים לאמור מי האיש אשר
בנה בית חדש וג' אחר הבונה בית התבן בית הבקר בית
העצים בית האוצרות אחר הבונה ואחר הלוקח ואחר היורש
ואחר שניתן לו מתנה et paullo post שנאמר נקי יהיה לביתו
שנה אחת

cf. Maimon Hilc. Hammel. cap. 7. §. 4.

Sed non vacabant a militia, qui vel ad voluptatem, vel ad
ornatum vel in terris exoticis, vel domum lateritiam in Sarunte
aedificauerant, vel rapuerant, vel veteri fundamento eam su-
perstruxerant. Mischna l. c.

ואלו שאין חוזרין הבונה בית שער אכסדרה ומרפסת
לא היה חוזר רבי יהודה אומר אף הבונה בית על מכונו
לא היה חוזר רבי אליעזר אומר אף הבונה בית לבנים בשרון
לא היה חוזר

Maimon Hilc. Hammelech cap. 7. §. X.

אכל הבונה בית שער אכסדרה או מרפסת או בית שאין
בו ארבע אמות על ארבע אמות או דגול בית הרר זז אינו
חוזר וכל הבונה בית או מטע כרם בחוצה לארץ אינו חוזר עליהן

h. e. Qui vero atrium exedram aut porticum exstruit aut
tugurium, quod non est quadrangulum, vel qui rapit domum;
illi non reuerti possunt; quemadmodum nec ii, qui extra ter-
ram Israeliticam vel domum aedificant aut vineam plantant,
reuertendi licentiam habent.

Obs. De domo lateritia in Sarone Rabbi Salomo in Glossa
ad Mischnam adnotauit, quae sequuntur.

מקום הוא ששמו שרון ואין הקרקע יפה ללבנים ולא היו
רבר קיימא שפעמים צריך לחדשם בשבע שנים

h. e. Saron loci nomen est, cuius terra formandis lateribus
minus fuit apta; Non enim durabant ex iis aedificata, sed quo-
uis septennio bis renouatione opus habebant. Vid. L'empereur
ad Bava Kama c. 10. n. 9. p. 297. Pergit

Pergit Maimon l. c. cap. X.

בנה בית והשכירו לאחרים והקדים לו שכרו הרי זה כמו שחנכו נתן לו שכרו לאחר יב' חרש הרי הוא כמו שלא חנכו עד עתה כנה בית ונתן בו הפציו ונעל עליהם עם היה צריך לכטל על שמירתן הרי זה כמו שחנכו והתחיל שישב בו ואם אינו צריך לישב ולשמרן הרי זה כמו שלא חנכו

i. e. Si quis aedificatus domum eam aliis locet, et primam mercedem accipiat, perinde habetur, ac si eam initiaret. Quod si merces post XII. menses primum datur, est ac si nondum initiasset hactenus. Qui vero novam aedificatam occludit, collocatis ibi utensilibus suis, si opus habet custodia, reputatur pro dedicante, et pro eo, qui incipit primum inhabitare; si autem nil opus est in habitatione et custodia, habetur pro nondum dedicante.

§. 3.

Ido. Qui vineam plantauerant, eamque nondum communem fecerant, immunes fuerunt a militia. Quam abundi licentiam Rabbinum extendunt vel ad eos, qui quinque tantum arbores frugiferas, licet diuersarum specierum, plantauerant, vel ad ferentes, palmites propagantes, aut furculos immittentes, horumque emtores, aut ex donatione possessores extendunt. Mischna l. c.

ומי האיש אשר נטע כרם ולא חללו וגו' אחר הנוטע כרם ואחר הנוטע חמישה אילני מאכל ואפילו מחמשת מינין אחר הנוטע ואחר המכריך ואחר המרכיב ואחר הלוקח ואחר היורש ואחר שניתן לו מתנה

Maimon loc. cit. cap. 7, §. 5. iisdem fere verbis, in stabilienda Mischnae assertione utitur,

אחר הנוטע כרם ואחר הנוטע חמישה אלני מאכל ואפילו מחמשה מיני מאכל אחר הנוטע ואחר המכריך ואחר המרכיב וקנה בחברתה שהיה חייבת בערלה אחר הלוקח ואחר היורש ואחר שניתן לו במתנה

h. e. Perinde est, siue quis vineam plantet, siue quinque arbores fructus ferentes, si vel sint diuersarum specierum. Aequi-

B 3

qui-

quiparatur quoque plantanti fodiens, rigans, inferens veteri, quod lege tenetur de praeputiis arborum Leuit. XIX, 23. Par quoque est ratio, siue quis emat, siue haereditario siue donationis iure accipiat.

Non autem vacationem habebant, qui quatuor tantum arbores frugiferas aut quinque steriles plantauerant. Mischna l. c.

ואלו שאינן חזרין הנוטעה ארבע אילני מאכל וחמישה אילני סרק

Obs. Locutio חללו respicit ritum antiquum, vbi nemo vinitorum ante annum quintum fructus e vinea sua colligere potuit. Tribus enim prioribus annis vinea habebatur immunda; quarto anno fructus a sacerdotibus consumebantur, et quinto demum vinitor ipse iis vesci poterat. Rabbi Schelomo Iarchi ad Deut. XX, 6.

לא חללו ולא פראו בשנה הרביעית שהפירות טעונים לאכלן בירושלים או לחללן ברמים ולאכול הדמים בירושלים

h. e. idem est, ac nondum redemit eam anno quarto. Nam tenebantur fructus edi Hierosolymis, aut ipsi, aut pretium e diuenditis illuc deportatum. Quoniam eo tempore, quo communis fiebat vinea, mos erat in illa saltare et eas solennibus initiare choreis; recte LXX. vocem חלל per εὐφρανθη transtulerunt. Morem hunc describit Aben Esra ad Deut. XX, 6.

חללו מגזרת חלילים כי מנהג היה לחול בכרמים

h. e. Habet Radix חלל significationem, fistula canere, quia mos fuit in vineis saltare. Conf. Kimchi ad Iud. XXI, 19. fol. 288, 2. Talmud Bava Batra fol. 221. 1. Michlal Iophi fol. LIX. col. 2.

היו בנות ישראל יוצאות וחולות בכרמים כוכרי רזל והמחול זה שהיה לבנות ישראל חוץ לעיר שילה באותו המקום אשר מצפונה לביתאל

i. e. Solebant filiae Israel egredi et choreas ducere, quemadmodum tradunt Rabini nostri p. m. Choreas ista instituebatur

tur extra urbem Siloh in eo loco, qui a septentrione Bethelis erat.

§. 4.

Tertio Neogami per integrum annum primum immunes erant, siue virginem siue viduam siue fratriam sibi desponsauerant. Mischna l. c.

ומי האיש אשר ארש אישה וגוי אחד המארס את הבתולה ואחר המארס את האלמנה אפילו שומרת יכם ואפילו שמת אחיוב מלחמה חוזר ובאלו

h. e. Qui desponsauit sibi uxorem etc. hoc valet de eo, si quis desponsauerat virginem aut viduam, aut si quem Leuirum fratria praestolabatur, aut si quis audiuerat, in bello periisse fratrem suum, illi recedendi abeundique potestas concedebatur.

Addit Maimon Hilc. Mel. cap. 7. §. 6.

אחר המארס את הבתולה ואחר המארס את האלמנה וכן אם נפלה לו יבמה אפילו חמשה אחים ומת אחד מהן כולן חזרין קדש אשה מעכשיו ולאחד שנים עשר חדש ושלם הזמן במלחמה חוזר ובא לו

h. e. Perinde est, siue desponsauerit sibi virginem siue viduam, item, si acciderit ipsi fratria. Licet enim quinque sint fratres, si vnus tantum moriatur, omnes reliqui redeunt. Qui iam in praesenti matrimonium iniit, sed sub conditione temporis, ille complet suos XII, menses in militia, deinde reuersus cum ea concreditur.

Vacationem hanc nouorum maritorum apud Graecos quoque obtinuisse Herodorus libro I. 36. testis est. Myfiis enim a Croeso filium, vt sub eius ductu aprum agros eorum vastantem, extirparent, efflagitantibus respondit:

Παιδος μεν περι του εμου μη μνησθητε ετι, ου γαρ αν υμιν συμπεμφαιμι, νεογαμος γαρ εστι, και ταυτα οι νυν μελει' i.e. Nolite amplius filii mei mentionem facere. Non enim illum vobiscum mittam, quia nouus maritus est, et illa ipsi nunc curae esse debent.

Sed

Sed non vacabant, qui reassumerant repudiatam, quia lex de vxore noua אישה חדשה non de post diuortium renouata loquitur, Maim. l. c. §. 7, aut qui sibi desponsauerant prohibitam e. g. Pontifex, viduam, sacerdos gregarius repudiatam, Iudaeus spuriam et Israelitis spurium aut Nethineum, i. e. qui erat e Gibeonitis, quos Iosua vita donatos constituebat aquatores et lignatores Ios. 9. com. vlt. Mischna l. c.

המחזור את גרושתו אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה
לכהן הדיוט ממורת ונתינה לישראל בת ישראל לממזר
ולנתין לא היה חוזר

Conf. Maimon hilc. Mel. cap. cit. §. 6.

Obf. 1. Inter illos, iam recensitos, quibus vacationis compete-
petebat priuilegium, aliquod intercedebat discrimen. Omnes quidem generatim immunes erant a militia ad certum tempus, sed non ab operibus quibusdam militaribus. Qui enim aut domum extruxerant, eamque nondum initiauerant, aut vineam plantauerant, nec dum eam communem fecerant, aut vxorem sibi desponsatam nondum duxerant, ad locum, quo exercitus colligebatur, ire, et sacerdotis verba percipere et abeuntes aquam et alimenta subministrare exercitui viasque complanare tenebantur. Sed qui domum aedificatam iam dedica-
uerat, qui vinea plantata, postquam fructum eius polluerat, vti coeperat, aut qui desponsatam, domum duxerat neque ad terminum praefixum atque e loco suo se mouebant, neque exercitui cibum potumque ministrabant et vias sternebant. Mischna l. c.

ואלו שאין זיון ממקומן בנה בית וחנכו נטע כרם וחלוצו
הנושא את ארוסתו הכונס את יבמתו — אינן מספיקין להם מים
ומזון ואינן מתקנין את הדרכים

Raschi in haec Mischnae verba ita commentatur.

דהנך דלעיל הולכין עד לספר ושם שומעין דברי כהן וחוזרין
מן המערכה לארץ ישראל ואינם חוזרים לבתיהם אלא עוסקין
בספיק מים ומזון להולכי למלחמה ואלו אין זיון ממקומן אפילו
ללכת עד הספר ולשוב על פי כהן

h. e.

h. e. Ecce tibi : supra memorati ad terminos regionis ibant, et auditis ibi Sacerdotis verbis, e castris ad terram Israelis reuerterunt. Non tamen ad domicilia sua redierunt, sed aquam et alimenta subministrare militantibus tenebantur. Isti autem (quorum in hac sectione mentio fit) ne loco quidem se mouebant, vt ad terminos regionis vel procederent, et tunc secundum praeceptum sacerdotis reueterentur.

Consentit cum eo R. Moses Cotzensis praec. negat. 230. Edit. Vener. 1547. fol.

שנינו בסוטה ב' משוה מלחמה שלא יעבור עליהם שום עול מן הצבא לא לספק מים ומזון ולא לתקן את הדרכים נקי יהיה לביתו

h. e. Discimus e Sota capite (cuius initium est) vnctus belli: non grauari eos, onere vlllo exercitus, non cogi ad afferendum aquam et cibum, neque ad vias sternendas; sed esse liberos. Maimon hile. Mel. cap. 7. §. 10.

מפי קבלה למרו שיחיה נקי שנה בין לבית שקנה בין לאישה שנשא בין לחרם שהתחיל לאכול פריו כל השנה לא שומר בחומה ולא נותן לפסו העיר ולא יעבור עליו שום דבר בעולם לא לצרכי העיר ולא לצרכי הגרוד

i. e. Lege orali didicerunt: immunes esse anno integro tam propter domum acquisitam, quam vxorem ductam, aut vineam, cuius fructu primum vesci coeperint. Interea non custodire moenia, vel conferre ad valla vrbis, neque teneri ullo seruitio, neque ad vsus ciuitatis et necessitatem exercitus. Coll. ibid. §. 9.

Obf. 2. Omnes isti, immunitatis sibi competere priuilegium probare debebant. Siphri fol. 47. col. 2.

כולן היו צריכין להביא עדותן חוץ מן הירא ורך הלבב ושערי עמו

h. e. Omnes oportuit testimonio probare (scil. immunitatem suam) exceptis timidis et pauidis, et iis, qui testes habebant.

C

§. 5.

Quarto Formidolosus abeundi venia concessa est. Iudic. VII, 1. etc. Gideon timidis castra deserendi licentiam dedit: Quumque descendisset populus ad aquam, dixit Dominus Gideoni: qui lingua lambuerint — — in altera parte erunt, h. e. qui inter milites tuos, licet sint fatigati, sitiunt, tamen laborum militarium patientes gulae, ne forte ab hostibus opprimantur, indulgere noluerint. Statim abierunt 22000. armati, et apud signa trecenti tantummodo remanserunt, coll. 1 Macchab. III, 56. R. Iochanan Hierosolymitanorum timiditatem Pesachim folio 113. 1. lege quasi sanctitatem describit:

כשאתה יוצא למלחמה אל הצא בראשונה אלה באחרונה
צא כרי שתכנס בראשונה

h. e. Si in bellum prodis, non primus sed postremus exeas, vt (si in fugam exercitus conuertatur) primus euadere possis.

Philo in libro de fortitudine fol. 6. in hanc legem ita commentatur. „Ante omnia, inquit, praemonendum est, ad bellum non admittendos pauefactos et timidos, quia ii ab insito animi languore capiendi sunt, et formidinem commilitonibus iniecturi. Facile enim serpit vitiorum contagio, praesertim in tumultibus bellicis ratione per contentionem turbata, nec satis iubente discernere, quod tentare debeat. Tunc enim ignaui cautos se vocant, timidi consultos; segnes prouidos, praetexentes vitia turpissima honestis vocabulis. Ne igitur talium militia detrimento adficiat rempublicam, et prosit partibus hostium, ignauos facile trucidantium, legislator sciens inertem turbam impedimento esse non adiumento, prohibuit timidos: sicut et ducibus corpore inualidis nemo imponit necessitatem militiae, quos excusat infirmitas. Nam timiditas quoque morbus est, et quidem grauior quam corporis; alter enim non diu durat, haec vero coalita seu membra agnata corpori a tenera aetate perseverat vsque ad extremam senectutem, ni Deus remedium adtulerit. Is enim potest omnia.“ Meticulosus non tantum ii ex Rabbi Akibae sententia accensebantur

bantur, qui enses strictum intueri non potuerunt, sed qui etiam
 ut R. Iose testatur, ob patratum facinus mali consciam mentem
 habebant e. c. qui matrimonium lege prohibitum inierant, ne,
 quemadmodum olim ob vnus Achanis furtum, totus exercitus
 periclitabatur, Ios. VII, 1. 5. idem eueniret. Mischna l. c.

רבי עקיבא אומר הירא ורך הלבב כמשמעו שאינו יכול
 לעמוד בקשרי המלחמה ולראות חרב שלופה רבי יוסי הגלילי
 אומר הירא ורך הלבב זהו המתירא מן העבירות שבידו לפיכך
 הלכה בן התורה את כל אלו שיחזור בגללן רבי יוסי אומר
 אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט ממזרת ונהיגה
 לישראל בת ישראל לממזר ולנתין הרי הוא הירא ורך הלבב

h. e. R. Akiba dicit verba הירא ורך הלבב simpliciter esse
 accipienda de eo, qui in agmine conferto consistere, et gladium
 strictum intueri nequit. Sed R. Iose Galilaeus contendit,
 הירא ורך הלבב esse eum, qui sibi ob peccata sua metuit.
 Quam ob rem Lex caeteros hic coniunxit, ut cum illis simul
 fecedere possit. R. Iose vero dicit: Pontificem viduam, sacer-
 dotem gregarium repudiatam, aut calceo donatam; Iudaeum
 spuriam aut Nethinaeam; spurium aut Nethinaeum ingenuam
 ducentes, esse timidos illos et vecordes.

Maimon in Commentario ad hunc locum, decisionem
 esse secundum R. Akibam affirmat. R. Ob. de Bartenora
 autem ad h. l. iudicium suum tenet suspensum. Contra R.
 Moses Mikotzi praec. affirmat 120. dissentientium sententias
 conciliare hunc in modum studet.

מי האיש הירא ורך הלבב ילך ויושב לביתו ולא יסס לבב
 אחיו כלבבו ר' עקיבא אומר הירא כמשמעו שאינו יכול לעמוד
 בקשרי המלחמה לראות חרב שלופה רבי יוסי הגלילי אומר
 הירא מעבירות שבידו לפיכך אמרה תורה לחזור בשביל
 העבירות ור' יוסי הגלילי מורה לדבריו ר' עקיבא רק שמוסיף
 כדמסקינן שם שאם שמע קול קרנות והרתיע או הגפת תרוסין
 והרתיע שהכל מודים שהוא חוזר

h. e. Qui timet aut mollis est corde reuertatur domum,
 ne liquefaciat corda fratrum Deut. XX, 8. R. Akiba intelligit
 haec tantum ad litteram de illo, qui stare nequit in acie, nec



sustinet videre gladium strictum. Sed R. Iose Galilaeus de illo dicit, quem conscientia terret propter iniquitates perpetratas; quorum turpitudinem vt lex tegetet iussit ob domum, vineam vel vxorem redire. R. Iose Galilaeus non contradicit Akibae, sed fatetur saltem hoc superaddens, vt inde colligimus: qui enim audito cornuum sono retrocedit, vel percepto feutorum strepitu retroagitur, omnium confessione domum redit. conf. Siphri fol. 47. 1. et Raschi ad Deut. XX, 8.

Obs. Idem R. Moses Cotzensis l. c. aliam R. Iose Galilaei sententiam profert; timidum explicantis per fenem.

ובספרי תניא ר' יוסי הגלילי או' הירא הוא בן ארכעים שנה פירוש חש כח' ושני תנאים הם אל ליבא דר' יוסי
h. e. In siphri est traditio: R. Iose Galilaeum explicare timidum per quadragenarium, cui vires deficiunt. Ambae traditiones non sunt contra R. Iose.


§. 6.

Immunitatem hanc Augustinus quaest. XXXI. in Deut. Tom. IV. fol. 271. lege, non imperatiue sed tentatiue ad explorandos virorum animos sanciri obseruat. Raschi ideo hanc abessendi veniam iis concessam statuit, vt si aedes nouas dedicare, vineae degustare fructus, sponsam domum ducere non possent, ne nimium contristarentur. Hanc Raschii sententiam vberius explicatam inuenimus in Tzenorennah (צאינה וראינה) pag. 166. b. edit. ab An. 1761. ad verba: שמע ישראל אתם קרבים היום למלחמה Hört Israel, ihr genehent heint zu der Streit, und welcher von Israel wert ein Haus gebaut haben, und hat noch nit drinnen gewont (gehaut giftigt habent Bibl. Iud. Germ.) der sol nit geha in der Milchamah (Krieg); denn sein Machschavah (Gedanken) wert feyn auf sein Haus, und wert zag machen die andern von Israel in der Milchamah. Und desgleichen auch, wer da hat ein Weib genömmen, und is noch nit bei ihr gelegen; derselbiger sol auch derheim bleiben. Und desgleichen wer da hat ein Weingarten, und hat noch kein Peiros (Früchte) davon gessen; der sol auch nit in der

der Milchamah gehn; denn sein Machschavah (Gemüt) ist
 alls auf sein Weib und Weingarten. Die Thorah (Gesetz)
 hat dreierlei angeschrieben, die da sollen wieder einheim
 kommen, der Worten, das sich die andern von Israel nit sol-
 len schämen. Denn Wer da hat an sich Aveiros (Sünden) der
 hat müssen aus der Milchamah gehn, das von seiner Aveira
 wegen nit sol umkommen Israel, und sollen dieselbigen, die
 Aveiros an sich gehat haben, alleint seyn einheim gegangen,
 da hätten sich dieselbigen geschämt, denn col Israel (ganz
 Israel) hätten auf sie gesehen, das sie haben Aveiros getan.
 Darum hat Hakba (der heilige hochgelobte Gott) geboten,
 wer da hat ein Haus gebaut, oder ein Weib hat genommen,
 oder ein Weingarten hat gepflanzt, der sol auch aus der Mil-
 chamah einheim gehn, da weren die Leute nit wissen, welcher
 ein Aveirah an sich hat, oder welcher ein Weib hat, oder ein
 Haus, oder ein Weingarten, da is die Thorah aussen, das
 man kein sol becherpah (Schande) machen, wenn er gleich
 gesündigt hat, und man sol ach sehen, wie eine grosse Sach
 is um Schalom (Frieden). Iosephus Antiquit. libr. IV. cap. 8.
 eadem tuerur sententiam, quando scribit: *τους νεωσι δειμα-*
μενους οικιας, οἱς ὕπω χρόνος ἀπολαυσεας αὐτων ἐνιαυσιος, καὶ
φιτευταντας, ὑπὼ δὲ καρπων μετερχηκοτας, εἰαν κατὰ χωραν.
Καὶ μνηστεισταμενους δε, καὶ νεωσι γεγαμηκοτας, μὴ ποθω τωτων
φειδομενοι του ζην καὶ τηρουντες εαυτους εἰς την τωτων ἀπολαυτην
εἰθελοκακητωσι περι τας γυναικας h. e. Vacationem habent a
 militia, qui aedificata noua domo, integrum annum illam
 nondum inhabitauerunt; qui vinea plantata fructus ex ea non-
 dum collegerunt: qui desponsata vxore eam nondum domum
 duxerunt, ne forte harum rerum sibi parcentes, in gratiam
 vxorum parum fortiter rem gerant.

Contra vero Abarbanel comm. in Leg. fol. 375. col. 1.
 Edit. primae Venet. ab Ann. 1597. vacationem hanc lege fan-
 ciri imperarique pluribus contra Raschii sententiam, quae ta-
 men vero videtur simillima ostendere conatur hunc in modum:
 יגוי יענין Indagandum est, quare hic aedificationis, plantationis

vineae et coniugii, non item rei alterius fiat mentio. Quare itidem dicatur: vir alius domum dediceret, alius vineam communem faciat; alius matrimonium ineat? Siquidem enim ei, qui mortuus est, perinde est, vtrum vir alius domum dediceret, aut vxorem eius ducat, aut vineae illius fructum percipiat. Licet autem adnotet Raschi ad verba: et vir alius dediceret eam, anxietatem animi illud respicere; tamen nullus plane sensus est, quasi angere hominem, si alius domum suam dedicaret, quam nondum inhabitauit, et cuius structuram nondum absoluit, magis quam vt angatur si vir alius domum eius, in qua iam dum habitauit, seque oblectauit, haereditate accipiat. Quod etiam valet de foemina. Maiori enim zelo ducitur vir pro vxore sua pridem ducta, quam pro desponsata solum, cum qua se nondum aduniuit. Sed tota haec res dicta est de viro, qui rem incepit, in cuius fine et complemento praeceptum aliquod obseruandum occurrit: eius ergo desiderium et voluptas eo dirigitur, vt rem illam ad finem suam perducatur, propter obseruantiam praecepti et pietatem suam. Propterea mentio fit eius, qui domum extruxit, cui actioni praeceptum adhaeret Deut. XXII. 8. memoratum: cum aedificaueris domum nouam, facies septum tecto tuo. Meminit porro eius, qui plantauit vineam, sed eam nondum communem fecit; idque iterum propter praeceptum, quo quis obligatur, vt anno quarto vineam redimat, aut communem reddat soluto pretio, quod Hierosolymas deportandum ibique consumendum est. Denique meminit eius, qui sibi vxorem desponsauit, sed nondum duxit, quoniam mandatum diuinum extat, de matrimonio contrahendo, et de liberis procreandis. Quod cum ira fit, non fit illud propter moerorem animi, et ex dolore rei ipsius ob concupiscentiam quamdam corporalem; sed ideo, quia praeceptum diuinum pro desiderio eius nondum impletum est, neque suppetierunt dies, quibus illi satisfaceret, atque hanc ob causam inuidet alteri, vt vel domum suam initiet, vel vineam profanet, vel vxorem sibi antea desponsatam ducat, quia scilicet praeceptum per alium, non autem per ipsum impletur. Ista autem anxietas apud eum non obtinet, qui aedes suas iam incoluit,



incoluit, vineamque multos annos possedit, et ducta vxore in opere crescendi et multiplicandi incubuit secundum praeceptum diuinum.

§. 7.

Praeter modo memoratos non exhibant ad bellum Sacerdotes, Leuitae, itemque Mancii corpore, mutilique. Baal Haturim ad Deut. XX, pag. 269. 1. Bibl. Rabb. Amstel.

יד כוד רגל ברגל וסמך ליה כי הבא למלחמה לומר
מחוסרי אבר אין יוצאין למלחמה

h. e. *Manu pro manu, pede pro pede (scil. poenas pendendas esse): et sequitur: cum prodibis in bellum. Quo ipso docetur, mutilos et de- curtatos non sequi militiam. Licet haec expositio inepta sit decla- randa; veram tamen esse assertionem et rationi maxime con- sentaneam, quilibet videt. Apud Romanos quoque Mancii, si- ue ii, quibus pollices aut digiti non erant, ad nomina sua re- spondere non tenebantur. Quo factum est, vt quidam sibi si- nistrae manus digitos absciderint, quia tunc ad scutum tenen- dum manus ista minus erat apta. His iure vacationis a Deo donatis ex male intellectis Maimonidis verbis Cap. 7. §. 10. pag. 302. b. adnumerant, Schickardus, Carpzouius et Otto in Lex. Rabb. steriles et prole orbatos, reddentes verba sequentia:*

ואלו שאין יוצאין לעורכי המלחמה כל עיקר ואין
מטריחין אותם לשום דבר בעולם:

Hi sunt, qui non exeunt in aciem belli. Omnis sterilis non fati- gatur ullo unquam officio in mundo.

Sed non modo verborum combinatio huic explicationi repugnat, quoniam כל עיקר neque cum praecedenti, neque cum subsequente propositione cohaeret; verum etiam a Mai- monide in sequentibus catalogus vacantium a militia, qui ta- men secundum hanc expositionem exhibendus esset, non sup- peditatur. Nec placet Leydeckeri translatio: *illi, qui non exe- unt ad bellum, sunt steriles*, quasi essent immunes a militia, sterile dicendi. Omnis contra euanescit difficultas, si voces

כל עיקר

כל עיקר ad Rabbīnorum loquendi vsum transtuleris per : in summa, quod caput rei est, prorsus etc., et tunc verba Maimonidis audient : *Illi (supra recensiti) non exeunt ad bellum, in summa non fatigant eos ullo plane negotio in mundo.* Meliori quidem iure in catalogum vacantium referri possent, quibus esset *funus familiare, morbus sōnticus*, si quis e. c. esset surdus, vt classicum audire non posset ; *sacrificium*, quod sine offerentis praesentia rite fieri nequibat. Sed tacentibus de his et sacris litteris, et scriptoribus iudaicis veteribus, nos quoque tacemus.

§. 8.

Sed hic manum de tabula. Apud animum quidem constitueram, totam delectus materiam hac absoluere disputatione ; at enim vero, quum praeter spem longior excreuerit, vt tam breuiter expediri posse vix sperare aulū, partiar operam non solum, sed etiam hac vice abrumpam, in posterum b. c. D. quae de *delectu extraordinario, nimirum de coniuratione et euocatione ; de poenis in eos, qui ad delectum non responderant ; de iis, quae in delectu militem recommendare prae caeteris poterant ; de stigmatum usu ; de militia nauali, pedestri et equestri, de brabeis et reliqua, dicenda restarent, singula per partes, prout occasio tulerit, pertractaturus.*





OMISSIO ET DOCTISSIMO

יוק קליג דכל תפנז **N**on ensis et bombardas

אנגק קלאן עמלייה **S**ed liberales artes

דר צואש עאלמלרן **I**n bello erudito

פירו קורן פארלנן **C**oronam tibi ferent.

אלקסלרם יה רוזתם **A**plaudo, o Amice!

מטאלבחרנן **A**plaudat nifus DEVS!

עאקבתנו כיר אולא **V**t indies peritus

אללה אטמרלרק **M**agis magisque fias,

האכה מן בער אולחסן **E**t vt euadas olim

קורוגי עיסו מנתאר **E**lectus CHRISTI miles.

מנאלטהב אלמגלץ טיקצן

D

CAR

163
140
18
19
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

CARMEN HOCCE
TVRCICVM

PEREXIMIO ET DOCTISSIMO

DN. RESPONDENTI,

POPVLARI ET AMICO SVO

DILECTISSIMO GRATVLAVNDVS


ADPOSVIT

O. G. TYCHSEN,

PH. D.









solche verbotene handel, seint straffwürdig, und dem
 unterworfen, dahin sie die Rüge-Männer bringen sollen:
 Verbrechen und fast unzählig andere mehr, so wieder Gots
 und die moralischen Gesetze streiten, so lange solche nicht
 her ärgernuß, und thathandlung aufgebrochen, noch für
 nal Richter gebracht, seind bisshero nicht beachtet, noch
 für sünde gehalten, daher die Bosheit mehr und mehr
 en, so dennoch durch die hülffe Gottes verhütet werden
 dieses Sitten- und moral Gericht, durch Bestellung der
 erumb wird stabiliret werden.

en aber die Rüge-Richter hiebey aller bescheidenheit sich
 en, und unterscheid zumachen, unter schlechten Verbre
 is menschlicher Schwachheit geschiehet, und durch ohnachts
 gangen werden, oder da zugleich Bosheit mit untermen
 e auch aus lauterm Vorsatz, und malitz geschehen, den
 schaden, schimpff und Ungelegenheit zubringen, wiederumb
 rbrechen in conatu nur bestanden, oder zur that und wür
 erschlagen, item ob die verbrechere und beleidiger zur Ver
 neiget, ihre fehler selbst bekennen, und verbitten, oder ob
 pflich wieder glaubhafte anzeige verneinen, ihre böse tha
 ehen gleich in Worten oder Wercken, zuvertheidigen, und
 n sich unternehmen, ob sie Besserung an ihnen zuspüren oder
 e mehrmahls schon, in einem und andern Laster betroffen,
 eret, und keine emendation geachtet, bey diesen und an
 nmmenden umbstenden die Mensur der Bestrafung zuneh
 arnach solche zulindern oder zuschärffen seyn wird;

auch die Verbrechen so beschaffen, daß dieselben zur gefenck
 , und darauff erfolgende Bestrafung solten gedeien, ist dem
 Gericht, oder Fiscali davon bericht abzustatten, und die
 g zugewarten.

der Bestrafung seind auch die Gradus admonitionis, &
 Correctionis, nicht aus der acht zulassen, und solche für
 a zuversuchen, weil dieses moral Gerichte, nicht, wie bey
 nali judicio gebreuchlich, mit Ketten und Bänden, noch
 schwerd geführet wird, wüste aber in Contumaces einige
 ensura ergehen, so bannum Ecclesiasticum nach sich zöge,
 ist

